

monica Ptolomæi, & si extant, quo-
usque progrediantur, num ulterius
quam meum Exemplar Msc. meditor
enim editionem, sed malè me habet,
quod meum exemplar mancum est;
nisi fortasse non ulterius sit com-
mentatus Porphyrius.

Literas ad Ammonium commen-
date Postæ Viennensi, aut tabella-
rio Viennensi, qui ter quotannis ve-
nit Argentoratum. D. II. Decembr.
1614.

J. Keplerus Matthiæ Berneggero

S. P. D.

CLarissime vir, Amice perchare.
Scripsit ad me D. Ammonius, &
stomachatur ob literas, quas ni fal-
lor, Octobri mense ad me miserat, ad
te & filium ejus non transmissas.
Scias itaque illas non mea incuria,
sed propter confusionem cursuum
publicorum, qui consecutus est dis-
cellum